

liendi, præcipue cum cedrinis inuentum
lignis, nam & in leucinis & querceis inuen-
nitur, olentius cedrinum, albumq; prestat,
nigricans uero deterius.

Bunias, cuius radix inflandi uim habet, Bouviaq; est rapa aggris for-
minus nutrit. Eius semen potum, lethalia
inefficacia reddit, miscetur igitur antidos-
tis, falsescit uero eius radix.

De incipientibus & C litera.

Cicer legumen inflans nutriens, bonū ἔρεινθος
aluo, uim mingendi excitās, lac agit, Dios. li. 2.
et semen, et menstruum, cuius coctio cap. 19.
calculos in renibus atterit. Alterum genus
ciceris, quod cicercula a nostris, horobia
a græcis, potentiae conuellendi, distrahen-
di, secandi, abstergendi, ideo & lienem, &
iecur, & renes purgant, & scabies & impeti-
gines abstergent, et parotidas et testiculos
obduratos dissoluunt, necnon hulcerosa
iam uetus consuetudine cum melle cu-
rant, sed cicer hulceratam uesicam, et renes
offendit, auertit malum multum ipsius, in
coctum ipsi ros marinum et mansum, ut
etiam allium.

Calaminthe tenuium est partium effens
tia, et calida et arida temperamento in tertio χαλαμίδ

Impetigo
est summe
cutis ma-
lum, et qd
inter aspe-
ritatem &
scabričē
uersatur.

δη

sere ordine utrāq; in qualitate . Hæc pota
arida, ob mulsum calefaciens satis sudore
elicit, et distrahit, et arefacit uniuersum cor
pus. Ob hoc, ipsa quidā usi sunt ad sedan
dos febriū rhigores extrinsecus apponens
do, ex oleo coquentes, & inungentes totū
corpus, ualide fricando, ut interna petat,
necnon ilibus accōmodant, & apponunt
ischiadicis, utpote præsentaneum remediū
attrahit nanc; funditus, ac cōuelliit ad imā
cutem, & uniuersum eum concalefacit ar
ticulū. Subuenit fracturis, & spasmis, lum
bricos perimit cocta cū uino, & cataplaſſ
mate imposta cicatrices atras reddit albi
cantes, uritq; manifesto cutem, & mēstrua
pota, atq; apposita prouocat efficaciter.
Præsentaneum quoq; medicamē elephan
tiasī correptis, non modo quod distrahat
tenues humores, sed etiam quod attenuet
& secet ualide crassos humores, qui hanc
ægritudinem gignunt. Ita etiam cicatrices
illustrat nigras, & distrahit interim quoq;
^{orūlōy vslz} hypopia . Melius aut facere illi existimans
tur, qui in uino coquentes ipsam apponūt
uiridem, potius quām aridam . Nam are
facta ualidior est, ad urendūq; expeditior.
Super imponitur autem in morsibus ui
rulentis atq; pestiferis, ob amaritudinem
perimeno

perimens lumbricos, & serpentes, assumptus, & potus succus necnon in auribus et hulceribus uermes absunt. Iuuat autem anhelosos & arquatos, abstergendo, ac purgando iecoris opilationes. Ad haec autem cuncta iam dicta, efficacior montana est. Orpheus autem ait, ^{censu pwb} succum ipsius cum equali rosaceo cum pslimmytho solutum, soluere crassitudinem, & inunctam, curare igni exusta. Illud admirabile uideri, quod ne quicdem mali uestigium appareat, piloscis ^{Certa} eduit locus. Cum cimolia autem & aloë equalibus succum exprimendo, & inducendo fronti atque temporibus, pacaueris statim capitis dolores.

Calamus odoratus acerbitatis exiguae ^{καλαμός} Strabo ^ο minorisque acuminis, plurimum autem ei ^{δέρωματι} Graygu' li terrestris essentiae est & aerosæ, caliditate, frigiditateque temperatus, quamobrem urinā ^{Geo 15. 9. m} nō. Pal. Sind. Babor. mediocriter cit, mixtamque habet uim cum ^{καρπούς q' aro} Pli. lib. i 2. eis, quæ iecori, quæque stomacho conueniunt. Miscetur utilis suffumigationibus, quæ ^{ca. 122. matr' indot ra} cuncte irritandi cauſa menstruis adhibentur. Ponatur itaque in secundo ordine calescentium, sed a reficientium magis, quæ ^{laminæ p. t. 6. g.} calefacientium.

Calamus phragmites, huius calami phragmitæ radix potestatem habet abstergendi.

D

non exiguum, neutquam acuendi, uiridæ
etenim folia mediocriter refrigerant, quæ
participant potestatem abstergendi. Cor-
tex autem ipsius urit, qui satis tenuum est
partium, & uim habet distribuendi, quid-
dam habet abstergens quippe quod cales-
facit, & arefacit in tertio ordine, plusq; aре-
faciens quæm calefaciens.

Canabis fructus difficulter concoquit,
capitis dolorem excitat, maliq; succi est. Si
frigatur, cremeturue, admotumq; tum cas-
piti, satis calefacit, sumū uapidū ad ipsum
mittendo calidum & medicum, quod aре-
faciendi habeat temperamentum non ins-
fandi terram exiccat.

καπνός
Diſ. li. 4.
cap. 91.

Capnium uel capnus, que hodie sumus
terræ, olim fumaria & nostris dicta, acute si-
mulq; amaræ est qualitatis, nec prorsus ab
acrore abest, unde etiā cit urinam, et multa
bilioſa aduertit, medeturq; iecoris opilatio-
nibus ac debilitatibus. Eius autem succus
uisum acuit, excutiens lachrymam, ut fu-
mus, unde & nomen habet. Aridum & le-
ue impositum melicrato, et potum lambit
aluum. Similiter uino subactum mixto,
stomachū roborat, datorq; inquit Aetius,
audacter etiam cōco ſionem ipsius quam
cumcunq; febricitantibus.

Capparis, cortex radicis, amaram pluri καππαρίς
mam habet qualitatem, secundā uero acus Dios. li. 2.
tam, dein acrem, & perinde manifestū differe cap. 161.
rentibus & pugnantibus inter se constare
potentijs, abstergere quidem potest, et pur
gare et secare amaritudine, calefacere aut &
distrahere, & tenuare acumine, cogere aut
et coagulare, cōpescereq; acrore, et ob hoc
splenes obduratos, si quod aliud remediū
& medicamen iuuat. Extrinsecus idoneis
mixtum emplastris, & intra corpus assum
ptum, aut concoctū in aceto, & oxymelle,
& huiusmodi leui abrasura, cum his am
mixta, exinanit enim manifesto tenaces &
crassos humores, ita id sumptum, non per
urinam, sed per aluum, plerunq; cruenta
eiectantur, quibus splenes subleuantur ilis
umq; dolores. Menstrua quoq; mouet, &
pituitam agit. Pigmentatus autem hulce
ribus cacockethibus radicis cortex leuis re
medium præsentaneū est, quippe qui ipsa
potest abstergere & multū arefacere. Den
tes quoq; à dolore leuat, cum uino coctus
aut aceto. Strumas quoq; et clauos duros
distrahit, idoneis ad hæc medicaminibus
mixtus, necnon folia & caulis eiusdem fer
me cum fructu & cortice potentiae est, nisi
quod non ita præsentaneū, ait aut Aetius, Piti similis

Est autem
clavus cir
cinatus in
orbē call
colore cā
dido, clas
uorum ca

D ij

Solēs intra pauculos dies se asperrimas fru-
mas distraxisse. Et quoniā uehementis est
potentię, non mirandum si in auribus uer-
mes humor interficit ob amaritudinem,
at in salore compositus fructus perfecte cō-
citus idoneus efficitur. Sale quoq; maces-
ratus & cōditus, appetitum exacuit ad ab-
stergendam & subducendam per alluum
pītuitam idoneus, necnon ad abstergendū
purgandumq; splenem, & hepatis opilati-
ones, uti nanq; ipsis oportet melle, uel oxe-
læo præ cunctis cibis, ut reliquis acetolæis
uti solemus.

καρδαμον
Dios. li. 2.
ca. 141.
Latine
nasturtium.

καρδάμων
μεν.

Cardamum, cardami semen particeps
est urendi potentiae, sicut finapis, et ob hoc
iliū, capitiscq; dolorem, et quicquid aliud
eget calore, ipm calefacit sicut finapi. Misce-
tur quoq; cōmode ad iumentis succurrens
tibus anhelosis quippe quod crassos feces
humores. Herba quoq; ipsa eiusdem pro-
pemodum est potestatis, tameisi minoris,
quamobrem manducata, multum calefas-
cit, doloremq; cit capitis.

Cardamomū, est quidē hoc satis calidæ
potentię, utpote trahens, impositū minus
quidē cardamo, habetq; in se quidpiā ama-
ritudinis, qua lumbricos perimit, & scabi-
es, ac impetigies cū acero multū absterget

Caroum, caro is semen a refacit & calefa
cit iuxta tertiu ordinem, acutam uero mes
diocrem habet qualitatem, quare etiam in
flationes dimouet, & mingedi habet uim,
non semen modo, sed etiam stirps tota.

Cassia calefacit & a refacit in tertio ordi-
ne, estq; satis tenuium partium gustu, ha-
betq; plurimum acuminis, breue quiddā
acerbū, ob hoc dispescit simulq; distrahit,
quæ in corpore sunt superflua. Itēq; mem-
bris robur inuehit, idonea etiam ad men-
strua cohibenda cum ob multitudinem si-
mulq; crassitudinem superfluitatū moueri
satis impeditur.

Castanea, de hac ubi de quercu dicetur,
quoniam in numerū utiq; uenit quorundam
sententia glandium, ita etiam Plinius
perhihet.

Cinis omnis, siue lignorum, siue alterius
materiæ componitur ex contrarijs, habet
nanc; in se quiddam terrestre, & quiddam
conflagrans, uel fuliginosum. Ita nimirū
partes tenuibus constant portiunculis &
asperso cinere aqua & succenso pariter,
quod cineris aufertur terrestre, imbecillū
& quiddam uellicans est, aquæ uim calidā
addit, quæ lixiuiū. Nec omnis cinis eandē
oīno habet uim, sed iuxta exustā materiā

*Carouū sem̄ y pum
apnd p̄m h̄ z̄ rāll*

*καρεία
Pli. lib. 12.
cap. 19.
Frutex &
casia est,
iuxtag; cī
namicā
pos nasci
tur.*

*Pli. lib. 15.
cap. 23.*

Nuces
uocamus
& castane
as, quāc;
accōmos
datiores
glandiū
generis.

D iii

ex acerbescētibus astringentibusq; lignis,
Cinis sicut quernis , & id genus alijs non
parum acerbescētis est terrestris potestatis,
inde sanguinem sistit erumpentem. Sed ci-
nis fūlneus multum acutū & amburens
habet in parte ardente, & in terrestri abster-
gens, ita tithymalorum cinis.

Pli.lib.36.
cap.24.

κέδρος
Dios. li. i.
ca.96.

Calx de genere cineris quoq; est, sed tes-
nuium magis partium, quam lignorum.
Subacta igitur bene aqua ter aut quater
infusa, medicamen est citra lunctionem
arefaciens, distrahendi uim habet lota ma-
rina aqua.

Cedrus est specie duplex, temperamen-
ti autem sunt ambæ tertij ordinis in calefa-
ciendo & frigefaciendo, arefaciendo utiq;
cedrea, quæ ex ipsis fit, in quartoq; iam tan-
gitur ordine. Est autem primi ordinis eo-
rum, quæ apte uocantur tabida, calidaq;
est, ac tenuium partium, simplices quidem
carnes, expedite, simulq; sine dolore putre-
facit ex corporis suo calore, ipsa suū inten-
dens calorem. In scabris autem corporis
bus longiore etiā tempore uix operatur,
quā obrem mortuis adhibita corporibus,
ipsa seruat & putrefactione immunia, hu-
miditates nanc; ipsorum depascitur super-
fluas, at solida corpora non tangit, quod

tantam uim humidam non habeant, quæ
quæ dicuntur tabida. Quare minus mirū
cum hanc habeat uim, si pediculos, & puli-
ces, & uermiculos, & ascharidas conseruent
pariter in corpore uermes omnes perimit,
embrya quidem eis apposita uiuentia occi-
dit, mortua ejicit. Alligata pudibundis in
coitu, medicamē est conceptū prohibens,
qui utantur eo, nulliq; secundum est. Den-
tium foraminibus inhærens, dolores mihi-
gat, frangitq; ipsos, attenuat etiam in oculis
cicatrices, medeturq; obtusæ aciei oculorum ob crassitudinem humiditatis.

τροχαγίδης
tertiū ges-
nus inter
lūbricos
uentris fa-
ciunt,

Cedrelæum, cedrinum inquam oleum
pinguissimum ex ipsa & admodum oleo-
sum, quod attonis ouibus incoctum ad-
hibetur. Tota cedrina magis tenuium par-
tium esse perhibetur, at minus acutum,
tame si non minus, sed magis operatur,
quam cedrea. Hinc eo utuntur uulgo in
uulneribus pecorum factis ex forficibus,
dum attondētur, & in scabie, & aduersum
muscarum, asillorumq; compunctiones.

Cedrides, ita nanc; cedri fructum no-
minant, magis temperatam habet uim.
Mandere autem potuerint cum capitis do-
lor obuenerit, calefitq;, & lacinatur os
uentris.

D iii

ΚΕΝΤΑΥΡΙΟΝ
τὸ μέγα

Centaurij magni radix ex contrarijs cōstat potentijs. Gustu igitur acuta, simulq; acerbescere uidetur cum breui quadā dulcedine, operatione autem acumen quidē caliditatis opera ostendit, auertens mensstrua, & embrya mortua auellens, & absus mens uiuentia, simulq; ejiciens, acerbitas indicat crassiorum partium, & terrestris frigiditatis opera agglutinando uulnera, & sanguinem expuentes iuuat præbendo eis drachmas .iij. febricitantibus cum aqua, si ne febre autem cum uino omnibus in qualitatibus operatur, & fracturis, & luxationibus, & spiritus difficultatibus, et uetustis conuenit laceris locis. Neq; enim exinanire modo conuenit in talibus contra natum, sed corroborare, & confirmare exusta. Hæc autem ipsa radix & succus ipsius præstat, & aliqui pro lupino utuntur remedio, ipso non præsente.

ΚΕΝΤΑΥΡΙΟΝ
τὸ μικρόν,

Centaurium paruum, huius radix prorsus inefficax, in officiosacq; at rami cum folijs efficaces. Flores autem ex ipsis utilissimi. Dominatur uero in ipsis amara qualitas, parum quiddam participat acerbitatis, & ob hoc ualde ad arefaciendum præsentas neum remediū absq; lancinatione. Ingētia uero uulnera agglutinat uiridis herba sup-

imposita, et q̄ difficultime in cicatrice coeūt
sup̄inducta in cicatrice cogit, et aresfacta cō
glutinatis ac aresfaciētis potētiē reb⁹ ammis
sceī, q̄cunq; sinus & fistulas curare possint.
Antiquas quoq; duricies, molles reddere
existimatur, & in malā consuetudinē deue
nientia medicatur hulcera, curatq; fluitan
tes affectiones. Herbæ concoctione quidā
ischiadicis medentur, quod agat biliosum
& crassum succum, nam ipsum purgat &
uehementer operatur, cruenta exugit, ius
uatq; plurimum. Succus uero ipsius eius
modi propemodum est potentiae, hoc est,
aresaciendi, & abstergendi, & quæ iam di
cta sunt egregie operatur, & cū melle mes
detur, oculis adhibitus, is succus menstrua
agit & embryo. Haud auersantur aut̄ quiς εμεγον δι
dam ipsius potū, quibus obledūtur nerui ci, quod &
quod hæc imposta exinaniant, & aresci pregnāte
ant sine mœrore. Nempe etiam ad iecoris in utero
amouendam opilationem pr̄sentaneum geritur.
remedium est, bonumq; obdurato spleni,
extrinsecus adhibitum, necnō potum. Su
mendus est herbæ succus cum pubescit flo
rescitq;. Datur succus cum aqua calida sa
leq; exiguo & aceto pauculo, purgat mos
do quodā mirabili humorem melancholi
cum. Coma autem subfecta cum melle

D v

cocto ad collyria facit imposita, fistulas sedat, & putredines eximit, corymbos amputando, dato iejuno cum aquæ calidæ cochlario tribus diebus perpetuis, uel pluribus, & intuebere mirabilem ischiadicis utilitatem, necnon aduersum polypos in naribus aridum immittendo.

Pli.lib. 15.
cap. 25.

Cerassus arbor & cerassunte oppido ponti, fructus fert mediocriter acerbescentes cum dulcedine. Maturus igitur fructus magis dulcescit introrsus stomacho minus bonus. Præmaturus autem & magis austerus contra. Gummi autem ipsius arboreis scribunt quidam cum uino potum, plurimum prodesse calculum gestantibus ac laborantibus eo morbo. Est etiā cerassum oino dulce, id stomacho improbissimum.

*Xulokepala
Gia vorant.*

Ceratonia arefacentis & acerbescensis sunt potentiae, quemadmodum etiam fructus ipsius ceratia nominati, siliquas nostri uocant, dulcedinis non nihil particeps est. Eandem fere habent cum cerasijs uim, huius mida siquidem cū sint, magis aluum subducunt, arida uero magis sistunt.

cespov

Pli.lib. 25.
cap. 8.

Cestrum, quæ & nostris betonica nomi natur, dicitur etiam psychotrophum, uim habet secādi, ut gustus ipse promittit, amara & acuta herba est, suum habet effectū,

Nam in renibus calculos dissipat, & pul-
monem, & thoracem, & iecur purgat &
abstergit, & menstrua cit, et comitialem cu-
rat morbum, & fracturas, & luxationes,
acuta febre afflictos, & ischadicos pota ius-
uat, nominatur etiam ferratula.

Cicis, quæ omphacites nominatur, sa-
tis acre medicamen est, essentiæ terrestris,
frigidæ in ultum habens, qua arefacit & ex-
pellit fluxus, et cogit, et astringit mollia im-
becilliacq; mēbra, omnibusq; fluxilibus
langoribus occurrit, planeq; oblistit, pos-
niturq; in tertio arefacientium ordine, se-
cundi autem refrigerantium ordinis. Alte-
ra uero cicis flava & laxa, & magna, arefa-
cit quidem ipsa quoq;, sed eatenus id mis-
nus, quatenus acris est qualitatis. Cocta
autem ipsa per se, inde leuigata pigmen-
tum in ano ardorum est. Opus autem qui
bus fuerit mediocri acerbitate, coquere ex-
pedit in aqua multum, & uino plurimum
austero. Vstæ autem cicides attenuantis
potentiæ sunt, non dubium, quin calida-
tis exustione plurimum habeant, tenuiūq;
partium sint inter ea, quæ urunt, & paulo
magis arefaciunt. Optulantur autem in
censis ardentiibusq; ex carbunculis cū ace-
so aut uino.

Carbun-
culus fit,
cum refer-
buerit san-
guis copi-
osiore as-
tra, bile
abūdans.

Abugen. Mollificat grossim apostemam. et confort aspirati pectoris q̄m per
mittit sūp̄ ipsū vel q̄n sit p̄ ea lora & alij oleo: sicut est olen viola
re. et mollificat nervos. et ulcera q̄ ḡnt erat. et p̄ ipsā confirmat rugula

κερός Cera in medio calefacientium, & refri-
Dios.li.2. gerantium est, humectantiumq; atq; ares-
ca.47. facientium. Habet autem partium crassitu-

dinis quidpiam et pigmentarium, ideo nō
arefacit modo, sed etiam per accidens uia-
detur humectare inhibēs dissipationes, quā
obrem aliorum medicaminū materia est,
ipsa uero per se in numero coquilibrium
fuerit debilium extrinsecus positorum, ha-
bet namq; breue quiddam potentiae distra-
hendi, in qua multum assumpsit mellis.

Ciboriū Ciborium, uiridem fructum Ægyptiū
quasi scribū cyamum, quod ualeat fabam uocant cibo-
nivolum. rium, quare quod de faba dicitur, idem de
hoc considerandum.

Oribasius uorat Cardiuū **Cinara, edulium est malum stomacho,**
præcipue cum fuerit asperior, nam bilio-
sum succum in se se obtinet, totamq; essen-
tiam lignosiorem. Proinde ex ea humor
gignit melancholicus, ex eius succo tenuē
& amarum bili, melius itaq; præcoquere
ipsam antequam manduces.

Cicis fructus quem quidam crotona uo-
cant, qui purgat, abstergendi ac distrahens-
di uim habet, eius folia imbecillus. Ex fru-
ctu ipsius oleum calidius, tenuiūq; pars-
rium est magis, quam commune, ob hoc
etiam uim habet distrahendi.

Cistus, uel cistharus acerbescens arbustū **Dios. lib. 17.** *Rosa canina*
est eosq; ut ipsius folia ad emplastrū adz c. 17.
hita glutinent uulnera. Flores autem sint
efficaciores, ut cum uino poti, tormina &
uentris infirmitates, imbecillitatesq; & flu-
xus, & humiditatem curent. Emplastrum
adhibita putridis opitulatur hulceribus,
arefaciendo fere in secūdo ordine, Arbusti
autem frigiditas tepidæ particeps est quali-
tatis. Verum quæ hypocistis nominatur,
solijs multo est acerbior, medicamen mul-
tum efficax omnibus fluentibus langori-
bus, ut sanguinis deductionibus, & fluxui
muliebri, cœliacis, hoc est, in aluo excitatis
& dysentericis, nempe torminosis affectio-
nibus. Verum corroborat membrum, si
uelimus restituere multa affectum humidi-
tate, robur et firmitudo reparatur, idq; plu-
rimum mixtum idoneis epithematis, uel
antidotis.

Cistus, uel ladanum, in calidioribus lo, *κιστός*
cis hic cistus editus non est genere aliis, q; λάδανον **Dios. li. 18.**
in alijs regionibus peculiaris loci est, suam *quandam distrahendi habens caliditatem* **c. 19.**
frigiditatem ponendo. Cætera sunt prope
modum, quæ in dicto iam cisto. Quod ue-
lo ladanum appellatur, ex ipso calidū me-
dicamen efficitur in primo ordine, iamq;

ad secundum perueniens. Particeps autem cuiusdam breuis est acerbatis, estque essentia partium tenuium, & perinde uim habet mediocrem mollificandi, atque distraendi, atque adeo concoquendi, non igitur mirandum, si eis quae uulnæ eueniuer conuenit. Id propterea quiddam habet etiam acre, ideo fluentes capillos sistit, nam quicunque pernitiosi humores sunt infesti pilorum radicibus, ipsos attenuat, & absunit, cogit & astringit acerbitate ipsarum meatus compingendo.

Cissus, hoc est, hedera, contrarijs constat potentij essentiæ acerbescens, quam frigidam & terrestrem dicimus, habetque acidmina, quam calidam esse gustus arrestatur, essentiæ aquosæ est particeps uiridis, tepida. Viridia ergo folia incocta uino, magna uulnera cōglutinant, hulceribusque mendetur uerustate malis, cicatrices obducit ex igni factis hulceribus. Cum aceto autem cocta folia splenicos iuuat. Ipsius uero flores ualidi admodum, ut cum cerote leuigat, igni ustionibus accommodantur. Succus autem uerustos aurium curat fluxus, nec non hulcera aurium, ac narium. Quod si paulo acutior uideatur, miscetur oleum rosa ceum, aut oleum dulce, eius autem lachryma

pediculos perimit, & capillos attenuat, eo
usq; calidæ potestatis est, ut aliquatenus
exurat, ea lachryma iuuat etiam pota cal-
culosos.

Cnicus. Cnici semen in purgationibus κνικος
dum taxat adhibetur, tertij calefacientium Dios. li. 4.
ordinis est, si qs extorsus ipso uti uoluerit. cap. 178.

Coccus gnidius, purgat ipse quoq; acu-
te autem est & urentis potentiae. Pli. li. 27.

Coccus infectius, acerbescere & ama cap. 9.
ram habet qualitatem, Are facit autem am- Cocco-
babus absq; morsiunculis, ob hoc ingenti gnidio co-
bus congruit uulneribus, & neruorum uexa lor cocci-
tionibus, cum aceto aut oximelle solutus. magnitus

Colocasium, uel masiganum, eandem do grano
quam radix habet potestatem, nempe qua pipis ma-
rapæ & cepæ. Tenax aut ipsius est corpus, ior. uis ar-
quamobrem & abstergendi potentiae est, dens.
iuuatq; aluum.

Colocyntha seu cucurbita, humidi & ξολόκυνθα
frigidi est temperamenti in secundo utrisq; Dios. li. 24.
ordine, quamobrem abrasionū ipsius suc cap. 120.
cus, aurum ardoribus doloribusq; cum ^{ff Habet mesnaj. sanitas membris} confert missi & dolori pectoris q;
oleo conuenit rosaceo. Ita demū tota im- ^{ff Habet mesnaj. sanitas membris} calore rötigit: & absindit sin-
pacta calidos ardores mediocriter refrigerat, deuorata gracilens & sine ^{ff Rasis. 3. al. 14. Cunct} rötigit: & fr. a sole
frigore, nutrimentumq; corpori exhibet ^{ff Rasis. 3. al. 14. Cunct} frigida ist & humidia. q;
humidum & frigidū, ideo paucum. Con-

^{ff Habet mesnaj. sanitas membris} mala ex no appetit destr
uit. sit q; q; edat: & cpanis ar-
dui ardore exiguit. q; m us ar-
bundat calor.

coquitur non male cū non præuenierit cor
ruptio, hoc aut̄ patitur ob improbitatem,
cum in uentre cōgregatus improbus fuerit
humor. Ceterū ob hoc grauari, tardiorēq;
fieri uentrem contigerit, ut alijs humidis
edulījs, nō iniuria horygāo condiri gauſ
det, ob eam, quam in sese aquosam habet
humiditatem, cuncta siquidem huiusmoſ
di acutis, uel acidis, uel austoris, uel falsolis
remisceri debent succis, si accommodate
sumi debeant, ne in nauſeam perducant
admittentes.

^{Vnde} Comarus nempe arbutus, fructus huius
uocatur ab alijs carmemecylum, ab alijs
memecylum, quod stomacho nō bonus,
doloremq; capitis excitat, stirps una cum
fructu acriſ.

Commi, quod ualet latine gummi, are
facientis est & impactilis potentiae, asperis
tatibus medetur.

Conia, nempe polinis, stacte tanquam
ablutio materierum cinereianum, ita no
minatur, plus omnibus uim habet abster
gendi, atq; arefaciendi, quiq; cinis ferculneſ
us & tithymallorum, & ferme qui dicun
tur putridae potentiae, tenuitate autem par
tium essentiæ cætera dolorem urit.

Conyzas

Conyzæ, nempe maior & minor, eiusdem fere sunt potentiae, gustu quidem acutæ, & amaræ apparent, manifesto calefacientes & arescientes, ut in ambabus qualitatibus tertij sint ordinis, coctæ igitur in oleo, rhigoribus febrium ambientium medentur. Flores autem ipsarum cum folijs nonnulli terunt, potandumque id præbent ad prouocanda menstrua, & embrya ejicienda. Est porro tertia conyzæ species, que in humidioribus nascitur locis iam dictis, minus bene olens, & imbecillior.

Corianum uel corium, ex contrarijs constat potentijs, multum autem habens amaræ essentiae, que tenuium partium & terbris non parum aquosæ humiditatis, potentiae tepide, aliquantulum acerbitatis habet, ex quibus omnibus uarie operatur, quæ Dioscorides scripsit, non refrigerando solum, sed etiam calefaciendo.

Colla, quod latine ualet gluten, ex silagine, uel gyri pigmentalis ac concoquibilis est potestatis, de tauro colla autem, & simili dicetur ubi de animalibus.

Coronopodium, huius radix creditur mansa iuuare cœlicos.

Costus pauculæ admodum est amaritudo, sed acutæ & calidæ qualitatis, atque

κόνυζα *Est fortasse
Et Conyzæ quid polluta
zæ duo genia
nera in corona
ronamen
tis mas &
fœmina.*
*Pli. lib. 21.
cap. 10.*

*κοριάτης
Romani
coriandrum
Dios. li. 5.
cap. 65.*

*κόλλα
Dios. li. 5.
cap. 93.
Ex boum
corijs con-
sicutur.*

*κόσος
Dios. li. 1.
ca. 15.*

E

Rasis 3^o al. ra. 22. Cogit calidus existens & surg opilatione aperit & purgat carne
terrodat sup fluid. q̄ remahim ex fr̄ h̄ pass̄ si m̄es p̄ eo sufficiet, admittat.

potentiae, & perinde etiam attrahit, quare conterunt ipsum cum oleo antequam immittant in corpus rhigentium ex ambitiosa febri, alijs autem in fideatis et ischiadicis & prorsus ubi calefacere aliquid membrum conueniat, uel e profundo aliquem succum insuperficiem attrahere ad usum huius properatur. Hac de causa urinam cit & menstrua, fracturis & luxatis & laterum congruit laboribus, ob insitam amaritudinem lumbricum latum perimit. Ad epheles utuntur eo cum aqua uel melle, inest autē ei ex temperamento humiditas quædam inflandi, qua uenerem exacuit cum œnomelle potus.

Umbilicu^m vnu^m κατυλλ^m
ris δών
Pli.lib. 25.
cap. 13.

κράμβη^m
ἄγρια,

Cotyledon mixtae potentie est, humide & frigide, & hebetis cuiusdam acerbitatis, aut breuis amaritudinis, unde refrigerat, et expellit, & absterget, & distrahit, ardorescit ignis sacri, et sacrosignes succensos curat, ardentic⁹ stomacho satis utile pigmentum. Creduntur folia cum radice si manducantur, calculos atterere, & urinam cire.

Crambe agraria, brassica agrestis, aridior & calidior temperamento est multo, quam domestica, uelut cuncta fere alia agrestia ualidiora sunt domesticis. Vnde non insuauiter intrinsecus corpori admouentur,

distrahit autem & abstergit uehementius,
quam domestica.

Crambe thalattia, brassica marina, salso
sa aliquatenus gustantibus cū breui amari
tudine, ideo uis eius abstergendi & arefaci
endi imbecillior in utroq; est amaris.

Crocodilium, crocodiliū semen acutū
quidem est, & odoratum, uim mingendi
excitans, & menstrua agendi. Proinde ca
lidæ etiam potentiae est, & distrahentis, &
arefacientis, caulis autem succus & seminis
similis potentiae, iuuat nephreticos, dolore
inqua renum affectos. Radix uero ualde
confert, qui ex thorace excreant, minus au
tem acuta est semine, at nihilominus amas
ra, agit autem etiam per nares sanguinem.

Crocus quiddam exiguum habet acer
bescens, quod indicat terrestre frigidum.
Dominatur autem in ipso qualitas, uisq;
calida, ut cuncta eius essentia in secundo sit
calefacentium ordine, & primæ arefacien
tium, ob hoc etiam facit concoquere ope
rante pariter breui acerbitate.

Cepe ex quarto est calefacentium tem
peramento, cuius essentia crassarum partiū
est, unde hæmorrhoidas apposita interru
pit, & cum aceto peruncta oleo uitiligines
abstergit, & attrita alopecias confessum ex

E ij

κράμβη θα
λασία

κροκόδει
λιον
Dios. li. 30
cap. ii.

κρόνος
Dios. li. 1,
cap. 25.

κρόμμιον

uscitat in pilos, manducata uero corpus
calefacit accumine, attenuatq; in ipso crass
os & tenaces humores, uentum in uentre
inducit ob essentiæ crassitudinem partiū,
sanguinemq; gignit.

κυκλάμι
νος Roma
ni umbili
cus terræ.
Pomis per rmg
Malm terre

Cyclaminus uarię potestatis est, nam &
absterget, & secat, & interrumpit, et euelli t,
& distrahit, succus nanq; ipsius interrupit
hæmorrhoidas, & appositus uiolenter als
uum irritat, ita phymata & chœradas seu
strumas, omnesq; alias duricies, differenti
bus potestatibus ammiscetur, & suffusio
nibus congruit cum melle sublitus. Præ
terea etiā per nares purgat, uis ipsius pror
sus uehemēs, & illito uentriculo ipsa aluū
subducit, & embrya absimit. Tota autem
radix succo imbecillior est, uehemens tas
men ipsa quoq;. Menstrua siquidē cit pos
ta, necnon apposita, et arquatos, regios ins
quam morbos curat, non intestina modo
purgans, sed e toto corpore bilem exhaus
riens per sudorem ejecat, bene conteq
sotocq; corpore. Potam uero quantitatē
conuenit ad tris dragmas esse, uel ut pluris
mum ad summūq; quatuor dulci aliquo
uel melicrato, hoc est, mulso, absterget ue
ro cutem, in eaq; curat ephelidas, & alope
cias, & id genus alia curat. Lienes quoq;

duros iuuat apposita, expeditatq; & arida.
Præbent etiam aliqui aridam radicem etiā
asthmaticis. atq; anhelostis, dissecta autem
arida, & attaminata, quassacq; tenuissimo
cribro polinario, farinarioue cum gareo,
phyllo, ut sit quidem radicis uncia una,
gareophylli cocci 21. suetucq; naribus atra
cta purgat, educitq; & capite crassos & tena
ces humores, inde medetur ueteribus capi
tis doloribus, comitialesq; morbos pluris
mum iuuat.

Cuminum, cumini semine præcipue uti
mur, est autem calefaciendi potentiae, min-
gendi uim habēs, & exauriendi, in tertio
ordine calefacentium est.

Cyparissus, uel cupressus, cupressi folia
& rami, & sphæria noua, & mollia, magno
rum uulnerum in duris corporibus sunt
glutinatoria, unde manifestū est arefacien-
di esse potentiae, nihil insigne habentis acu-
ti & calidi, at multum habet amarum, mul-
toq; plus ei inest acerbum in tota stirpe.
Tanta autem in ea caliditas est, quanta agi-
tur in profundū acrore. Nullam uero cali-
ditatem, uel lancingationem exercet corpo-
ribus, ob hoc e profundo humiditates in
gracilitatibus & putridis affectionibus ex-
pedite, simulq; tute depascitur, aliam non

E iii

reuellens humiditatem. Et perinde etiā en-
terocœliacos apposita iuuat, arescit nāq;
& firmitudinem promittit tepescientibus
humiditate corporibus, ut acerbitate in-
profundum subeunte ducat eam humidis-
tatem media remixta caliditate, utūiur aus-
tem ipsa nonnulli in carbunculis & herpe-
tis, farinis ammiscendo.

Cyperū, cyperi utiles admodū radices,
caleficientes & arescentes absq; lancina-
tione, unde per humiditatem multā hulce-
ra mirifice iuuant, habent nāq; quiddam
acerbescens, stypticumq;, ob hochulceris-
bus oris multum accommodatum, secans
dicq; uim quandā habent, calculosisc; me-
dientur, & urinas & menstrua ciunt, cypes-
rum Plinius gladiolum uocari ait.

Arabini Al-
ranna vera
rg oħaw voro
pro est ar-
olm de alra
bor flore
candido.
Pli. lib. 12.
cap. 24.

Cyprus, huius arboris folia, & pediculi
& flores utiles, mixtæ sunt potentiae atq;
temperamenti. Habet autē quiddā distra-
hēs, ex aquosa essentia calida mediocriter,
habet etiam quiddā exacerbescens, ex ter-
restri frigida, unde decoctio igitur exau-
sta iuuat igniexusta. Utuntur autem etiam
in febribus ardoribus & carbunculis, est
nāq; iucunde ac sine morsu aresciens,
hulceribusq; in ore sponte obortis, præser-
tim ab aphtha conueniunt, quæ diximus

mansa. Folia uero cypri arefacta in umbra
& resecta, concisaq; inde cocta in aqua fer-
uenti cinere, lento igni iure magirico ali-
quantulo inculcato, uel aceto pauculo, bo-
num efficit cataplasma atq; pigmentū po-
dagricis, articularibusq; morbis impositū
magnis ardoribus, lenit nanc; ardores, &
fluxum, fluidumq; humorem protrudit,
& distrahit iam locū occupantem per me-
atus incertos, tanq; per sudores. At corpus
offendit, presertim ungues, ideo expedit lo-
ca ea prius inungere humecta rosacea ce-
rato, pigmentum ipsum si affuerit tegens
dum folijs ciceis, aut carpassi.

Cytisi folia distrahendi uim habent am-
mixto aquoso succo tepido, sicut etiam
maluæ.

Conium, ut quidam cicuta, extremē est κώνιον
refrigerantis potentiae, ut nouerūt omnes, Pli.lib. 25.
& ob hoc, ob ingentē frigiditatem lethale. c. 13.

Coni fructus, quem uocant cocalum et Cicuta ue-
stibulum, totus quidem uiridis, habet au- ^{Com fris pini}
nenum est tem quiddam cum humiditate amarum, publica
& acutū, & ob hoc emaphyicis sputādi Athenien-
morbo laborantibus, alijsq; quibus opus sium pœs
est ex thorace, & pulmone tussiēdo & spu- na inuisa.
tando subleuari idoneus est. Fructus au-
tem ex ipso manducabilis est, concoctu

E iiiij

difficilis, & ualidus, et multi succi, quod sit
oleosus. Est sane medicamen ad abolens
dam asperitatem idonum, præsertim in
aqua madefactū deponit uniuersum quic
quid habet acutum.

Arabis ^{ar} **Xαλσάνη**
nech veruque
proprietate
b^romra ^{ad} **cap. 25.**
vermina ^{hinc d^r bizaro}
q^o mōrē oīā ^g vermena.

Her oīā **Galatia** **Xαμαῖ**
de noīe videt **D^r gyc. suppl.**
Abuqerig. fit **Sirup^s** ex **ca**
ad infsi ^{amquād.} et ad ^{re}
urinas, & menstrua mouet, humorumq;
dissicit crassitudinem, & in uisceribus opis
et quanto **Sirup^s** eius eat ve
nustor. tanto curt maioris vir
tutis. & liba rostrata rofert
fructu lach'mali. et eis d^rro
rofert yffructu magni.

Her arabice d^r **Negeuron**
semī eis est rorogmatio

Vnguia cuba **Xαμαῖ**
lmd. **Δεύκη.**

Pli. li. 24.
ca. 15.

Chalbane, succus est ferulaceæ stirpis,
quæ uim habet mollificandi & distrahendi,
calefacit autem fere in tertio ordine, are
facitq; in secundo.

Chamædris dominantem amarā possi
det qualitatem, est autem etiam quodam
modo acuta, unde & splenem tabesfacit, &
urinas, & menstrua mouet, humorumq;
dissicit crassitudinem, & in uisceribus opis
lationes expurgat, estq; in tertio calefacien
tium & arescentium ordine. Ipsius autē
coctio multum elixata, continueq; pota, &
quartana febre detentos liberat, latine au
thore Pliuio trifago, u^m alij serrata.

Chamælea dominantem habet amarā
qualitatem, ideo quæcunq; maximas ha
bent crustas, quas uocant escharas, cū mel
le purgare potest, pota autem inter purga
toria est.

Chamæleucæ, potentia calida est in ter
tio ordine, arescit autem in primo, quare
succensa in prunis, euidenter iuuat dyspno
icos difficulter spiritum ducentes excipien

ribus ipsis sumū in gutturis suffocatione.
Latini farranum, siue farfugium uocant,
cuius radix tussilago, quia tussi & faucibus
prodest, græce bechium.

Chamæleon, chameleontis radix nigra ~~Canomilla~~ ^{fusca} ~~vorat~~
habet quiddā lethale, unde forinsecus usus
ipsius est ad scabies, & impetigines, & uitis
ligines, & prorsus quæcumq; egeant abster-
sione, uimq; habet mollificandi & distra-
hendi. Arefacit uero in tertio ordine, cale-
facit uero in secundo, ut compleat. Albi au-
tem chameleontis radix pota cum uino
austero, aceto madefacta, latum lumbricū
perimit. Præbent autē etiam ipsum aquæ
intercuti laborantibus, nempe hydropticis

Chamæpitis tertij ordinis arefacientiū ~~Xanthoxi~~
est, calefacientium aut secundi, admodum ^{Tue.}
amarescit, intestina absterget, magiscq; cale- ^{Dios. li. 3.}
faciat, unde & arquatis medetur, & prorsus ^{cap. 16.}
opilatis iecore remedium presentaneū
est. Agit etiam menstrua pota, & cū melle
apposita, cit quoq; urinam. Quidā ipsam ^{Hic obij testib; novem}
præbent ischiadicis coquentes in mellicras- ^{nissima est}
to. Ipsa uero uiridis herba glutinare ingen-
tia uulnera perhibetur, medericq; marcescē-
tibus hulceribus, ac distrahere in mammis
asperitates. Hæc latine cum rus terræ, tum
aiuga nominatur. Itali rara p̄ua et d' uina yuta q̄ a zedonib; na nō
cūm p̄t beas. quād ^E Misni m̄ rapis ḡ. agriculmib; nō
nō sub noui yutay ^V landat. et idē

Chelidonium, abstergēdi uim habet, et
tatis calefaciendi, & succus acidus est, ubi
aliqua crassitudo coiuit in pupillam, quæ
non facile possit dimoueri eam distrahit,
V si autem sunt quidā radice ipsius arqua-
tis salubri ad opilationem ex iecore amo-
uendam in uino albo exhibēdo cū aniso
potandam.

Cistom. m. seris.

Camomilla i. Anthomis.

De incipientibus & D litera.

*Airabes fistula pastoris
verat.*

Danry. pastinara adfisi

DAmazonium, uel alcysma, huius ra-
dicem, ait Aetius, se expertam fuisse
coctam in aqua, aqua pota, attrito
fuisse in renibus lapillos.

Daucus, quem etiam staphylinum no-
minant, agrestis minus manducabilis do-
mestico, at in cunctis uehementior, uerum
domesticus manducabilis quidem, sed im-
becillior. Sunt autem acutæ & calidæ po-
tentiae, & ob hoc attenuantis. Radix igitur
obtinet quiddam inflatum, & perinde ue-
nerem exuscitat. Semen domestici quidē
quiddā habet exacuens uenerem, at agres-
stis prorsus sufflatiōis expers est, & ob hoc
urinam cit & menstrua.

*Daphne alexandrina
ydea Danae Hippolepta
Zala Stephani idem.*

Ddaphne, herba etiam alexandrianomi-
nata. **D**daphnes arboris, id est, lauri, & folia,